

medio canonicam obnixius constituimus. Q[ua]pro[pter] bona sanctae¹ ecclesiae² q[uae] potuimus³ eidem canonicę archipresbitero et fratribus contulimus, quoniam satis deo gratum fore credimus, si canonici bonis [aecc]lesiae c[ui] studiose serviunt⁴ fulciri videntur, ut libere in dei laudibus vacare obnixius valeant et inreprehensibil[i]s⁵ morib[us].⁶ domini⁷ colentibus⁸ patefaciant. Huius rei gratia omnem decimationem totius plebis sanctae Mariae dei genit[ricis] quae vocatur in Buida et ecc[lesi]am¹ sanctae Mariae quę est sita in Monte Palensi cum omnibus oblationibus et pertinentiis suis, et quicquid [a deum timentibus pro salute vivo]rum¹ ac defunctorum largitum fuerit, efficaciter tribuimus. Insuper cuncta oliveta nostr[ae] aecclesiae qu[ae]¹ sunt posita in territorio quod vocatur de Garda, domum quoque iuxta palatium nostrum et iuxta fontem sacri baptismatis perpe[t]ualiter canonico iure illis concessimus; antiqui etiam pauperum alteram domum hospicii, seu quicquid de iure nostrę ecclesiae nunc habent vel ipsi⁸ successores eorum iuste acquirere potuerunt, similiter dedimus. Omnes vero decimaciones, quas presentaliter predicti canonici habent et tenent, ipsis et eorum successoribus canonum iure viventibus — ⁹vel invenire potuerint⁹ — gratanter annuimus. Haec omnia supra dict[a] eo tempore Petro archipresbitero et fratribus eius, videlicet Lamberto subdiacono, Stefano et Bononio presbiteris, Rolando et Aldebrando diaconibus et Ugoni acolyto dedimus, ut regulariter ipsi et successores eorum vivant atque sine omnium successorum nostrorum molestatione cunctas supra dict[as] res possideant. Si vero instigante diabolica verusutia ipsi canonici vel successores eorum canonicę vivere¹⁰ desierint, aut [ipsa]³ canonica penitus destructa fuerit, ad nos vel successores nostri¹¹ absque omni infestatione ut propria revertantur cuncta [q]uę superi[us] [memorantur]¹². Si autem aliquo in tempore suadente diabolo aliquis nostrorum successorum supra dicta bona, quę per hoc decretum dedimus³, [.]ere¹³ voluerit, decem optimi libras auri sciat se conpositurum esse, medietatem domno inperatori

1) Ergänzung nach S, die der Raum gestattet. 2) 'ecclesiae nostrae' S. 3) Die Lesung dieses Wortes nicht sicher. 4) Ergänzung nach der Urk. Bischof Lamberts (Savioli n. 65), die der Raum gestattet. 5) 'irreprehensibilibus' S. 6) 'moribus suis viam omnibus' S. 7) 'dominum' S; auch 'domini' nicht sicher. 8) 'ipsi vel' Stumpf Reg. 2518. 9) Dieser Satz sollte auf 'tenent' folgen. 10) 'vi' über der Zeile nachgetragen. 11) A. 12) Dieses Wort fast ganz verlöscht. 13) 'decretum nobis concessa sunt tollere' S.